

LUCIANEA

Notulae criticae ad novae editionis Luciani Teubnerianae quam curat Nils Nilén vol. I fasc. 1 Cf. mea *Plutarchea et Lucianeae*, Traiecti ad Rhenum apud I. L. Beyers 1877, cap. III et *Mnemosynes* vol. VII n. s.

Phalaris I 3 extr. Merito, ni fallor, post ἐκράτησα exprunxi verba τῆς ἐπιχειρήσεως, male repetita ex antecedentibus, nam ἐκράτησα hic significat ἐνίκησα.

6 (p. 5, 27). Ancipitis est iudicii, utrum cum Fritzscheo pro ἠτιῶντο corrigendum sit αἰτιῶνται, an mecum verbum sit delendum et αἰτιῶνται mente repetendum ex antecedentibus. Imperfectum tolerari nequit.

9. αὐθις γὰρ ὑμᾶς, ὦ Δελφοί, συμβούλους καλῶ, πότερον ἄμεινον [εἶναι del. Dindorf] ἀδίκως ἀποθανεῖν ἢ ἀδίκως σῶζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα.

Receptam oportuit aut certe commemoratam probabilem Madvigii coniecturam δικαίως (possis etiam ἐνδίκως) σῶζειν. Vide ipsa antecedentia.

10, 5. Procul dubio legendum τίνες <π>όθεν καταπεπλευκάσιν, ut iam Homerus dixit τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν;

Phalaris II 13. εἰ δ' ὑμᾶς αὐτοὺς δοκιμαστάς καὶ ἐξεταστάς ἐπιστήσετε τοῖς ἀναθήμασιν, ὀκνῶ μὴ ἀπορήσωμεν τῶν δοκιμασθησομένων ἔτι, οὐδενὸς ὑπομένουτος ὑπόδικον αὐτὸν καθιστάναι . . Nonne manifestum est me recte emendasse ὑπομενοῦντος?

Bacchus 1. φασὶν οὕτω καταφρονῆσαι αὐτοῦ τὰ πρῶτα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγελᾶν ἐπιόντος, μᾶλλον δὲ ἐλεεῖν τὴν τόλμαν αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένουσ ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαίτο.

Rectissime me iudice ita codices omnes, quia sensus est: *si aciem contra instruxisset*, ut mox in cap. 3 τὰς γυναῖκας ἐπα-

φήσειν αὐτοῖς, εἰ πλησίον γένοιντο, *si appropinquassent*. Perperam vero editor Cobeto obsecutus edidit ἀντιτάξαιτο, (si) *instructurus esset*.

2. Silenum L. vocans πάνυ πιθανόν τινα συνταγματάρχην ironice loqui videtur pro ἀπίθανον, *improbabilem*. Cf. Adv. inductum 22 ἀπίθανος οὕτω ζωγράφος.

3. p. 26, 5. ἡμιστρατιώτην ἄλλον. Probabilior est Hartmani, in quam et ipse incidi, coniectura ἡμίτραγον ἄλλον, quam audacior Ed. Schwartzii suspicio, recepta ab editore ἡμισυντραγοειδῆ ἄνθρωπον. Ad ἄλλον cf. ἕτερον 2, 9.

Hercules 4. καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιάσιν, εὐανθή τινα· λείρια γὰρ καλεῖται, εἴ γε μέμνηται, τὰ ἄνθη.

Ultima verba confirmant genuina esse verba τὴν λειριόεσσαν, quae ut spuria eiecit Nilén obsecutus Schwartzio. Quae damnanti simul delenda forent verba λείρια — ἄνθη.

7. Probavi Belini coniecturam Mnem. VII 381.

8. καὶ ὁ Ἔρωσ ὁ σός, ὦ Τῆιε ποιητά, εἰδῶν με ὑπόπολιον (τὸ) γένειον χρυσοφαέννων εἰ βούλεται πτερύγων ἢ ἀετοῖς παραπετέσθω.

Quamvis lenissima, parum probabilis videtur recepta a Dindorfio correctio ἀήταις pro ἢ ἀετοῖς, sub qua scriptura latere sane potest ταρσοῖς, quod propositum ab E. Schwartzio comprobatur editor. Quia tamen ipsa Bacchylidis verba citari videntur, expectatur potius vox aliqua poetica mensurae —, ut fuerit v. c.:

Χρυσοφαέν|νων πτερύγων | ἀμίλλαϊς.

Cf. Aesch. Prom. 129. — In vicinia conieci τὴν ἡλικίαν [καὶ τὸ γῆρας] τὴν (pro τὸ) ἑμαυτοῦ.

Electrum 6. De rariore significatione vocis σκιά *imago* (aqua) *reperussa*, cf. Demonax 22. Fallebar olim coniciens εἰκοῦς pro σκιάς.

Musca 4. ἀπάντων γεύεται πλὴν ἐλαίου· θάνατος γὰρ αὐτῇ τοῦτο πιεῖν: Variant libri in πιεῖν, ποιεῖν, πίνειν., omittit cod. Marc. 936, comprobante Sommerbrodtio, cui adstipulor. In antecedentibus suspectavi verba τὴν μυῖαν ὕστερον Mnem. p. 381.

8. ἡ μέλιττα οὐχ ἤκιστα μυῖαις [καὶ ἀνθρώποις] ἐργάζεται. Manifestum emblemata notavi l. l., sed post Hercherum, ut nunc me docet editor. Μετ' ἀνθρώπους infelix est coniectura. — De c. 9 cf. l. l. ubi exposui, cur suspecta habeam verba οὐδὲ ἡγεῖται τι αἰσχρὸν ποιεῖν.

10, 4. Verba κατὰ τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρως ante editorem ipse damnavi l. l. p. 38

Nigrinus 6. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἶόν τε, αὐτῶν ἀκούσαι τῶν λόγων· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακῶς ὁ βουλούμενος ἀκούειν εἴη. Perperam post οὐδὲ γὰρ cum Schwartzio lacunam statuit editor, nam nulla est necessitudo verborum οὐδὲ — θέμις cum sequentibus. Quin recte iam Madvig φρονεῖν ε φθονεῖν depravatam esse perspexerit, equidem nullus dubito. Sententia requirit huiusmodi quid: οὐδὲ γὰρ οὐδενός σοι φθονεῖν αὐτῶν, οἶμαι, θέμις, *neque enim ullam earum* (rationum) *invidere tibi fas est.*

7 extr. καὶ γὰρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέν τι κέντρον τοῖς ἀκούουσιν.

Dubito an Lucianus cum Eurpolidε fr. 94 scripserit τὸ κέντρον.

12 extr. ἡρέμα τε μεθαρμόττουσι καὶ παραπαιδαγωγούσι καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστάσιν.

Huius loci est τὸ καθάρειον, nam opposita notio est τὸ πολυτελές, et idem fere valet quod τὸ λιτόν.

13, 16. ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν μεταξὺ ἐπαιδεύετο. *Mnem.* l. l. pro ἃ ἦν, quae Cobet et Dindorf expungebant, restitui voculam iterativam ἄν, qua frequentissime Atticorum more uti solet Lucianus. Cf. ipsa antecedentia. Fons erroris fuit lectio arche-
H
τυρι AN.

21 extr. ὁ δ' ἔστηκεν παρέχων ἑαυτὸν εἰς πλείω χρόνον ἔξαπατῶμενον. In *Plularcheis et Lucianeis* p. 69, coll. Prometh. 1 extr., requirebam ἔξαπατησόμενον. Scriptor Atticus dedisset ἔξαπατᾶν.

22, 21. πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνῶμην ἐμπιόντες. Cf. Epicharmus ap. Athen. VI 263 A πολλὰ καταφαγῶν, πόλλ' ἐμπιών.

23, 12. ὅταν — τοὺς πυλῶνας ἔωθεν ἐμπλήσωσιν καὶ προσελθόντες ὡσπερ δεσπότης προσείπωσιν. Locum de vitio mihi suspectum tentavi *Mnem.* p. 87 coniciendo aut προσελθόντας ὀψέ, coll. Menippo cap. 12, aut προσελθόντες, ὡσπερ <εἰῶθασιν>, δεσπότης, coll. Somn. s. Gall. 9.

24, 15. ἐπισημότερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ φανερώτερον. Genuina lectio videtur γεραρώτερον, *venerabiliorem*. Fortasse φανερώτερον huc devenit ex 25. init.

30, 5. Fateor me non intellegere verba ἵνα μὴ ἀπολαύσῃ τῆς σφετέρως ἀληθείας.

37, 7. *Plut. et Luc.* p. 68 ἀτενῶς ἐτόξευσε coniecti pro ἀτεχνῶς.

38. 13. οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾶν ὁμολογεῖς; *Lege mihi tam antecedentia quam sequentia, et dabis mihi obscurum esse ἐρᾶν, quod vide ne sit perversum glossema, substitutum pro genuina lectione νοσεῖν, quale quid contextus postulare videtur.*

Demonax 1 extr. legatur ἡ ληστὰς <καθ>αιρῶν, quae sollemnis in re de qua hic agitur est locutio.

23. ἔπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπὶ δῆς καὶ μικροῦ του φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν δοῦναι μοι τῶν ἄρτων, αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπὶ δῆς δυνάμενον.

Nondum me paenitet olim verba αἰνιττόμενος — δυνάμενον tribuisse interpreti, nam stipes sit oportet, qui hoc voluisse *Demonactem* non ultro intellegat. Accedit quod ea verba contra sententiam iunguntur cum verbis ἔπου — καὶ ὄψει. *Lucianus* saltem dedisset: τῶν ἄρτων· εἶπε δὲ ταῦτα, αἰνιττόμενος κτέ. Quicumque genuinum ducit, sic locum expleto.

40. εἶθε σε, ἔφη, Ἑλληνα μάλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποιήκεν. *Miror editorem in textu retinuisse absurdum Perfectum pro Plusquamperfecto πεποιήκει(ν), quod iam restituit Bekker.*

De oeco 4 extr. ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον οὐκ οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν;

De hoc loco idem valet, soloecum enim coniunctivum esse videntes *Schaefer* et *Bekker* trium librorum lectionem οἰόμεθα (certa coniectura restituendam) iam reddiderunt *Luciano*. Quid quaeso prodest *Grammatica*, si spernunt ipsi editores?

17, 25. ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φθονερώτατος, ὡς περ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδύς ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὄπλων.

Fortasse praestat ἐπισημότερον vel ἐπισημοτέρως, iungendum cum verbis ἀπὸ τῶν ὄπλων, *cum sit magis conspicue ignavus propter arma.*

30. Ὀδυσσεὺς δὲ μετὰ ταῦτα δῆθεν μεμηνῶς, ὅτε συστρατεύει τοῖς Ἀτρεΐδαις μὴ θέλων. Sine sensu; nam quo tempore iam militabat U. non amplius simulabat. Emendavi ἄτε συστρατεύειν. Cf. var. lect.

Patriae encomium 6. ἀλλ' οὖν ἐκάστῳ νομίζεσθαι πατρίων διὰ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν.

Quia ἀπὸ τοῦ τόπου refertur ad ἀπὸ τῆς πατρίδος in antecedentibus (Mnem. p. 387), iure requirebam ἀπὸ <τούτου> τοῦ τόπου αὐτ' ἀπὸ τοῦ τόπου <τούτου>.

8, 16. ὡς οὐκ ἄν — ἐπιδειξάμενος iam ego correxi l. 1., coll. Soloec. 2 extr.

Veræ historiae I 6. ἡμέραν οὖν καὶ νύκτα οὐρίῳ πλέοντες ἔτι τῆς γῆς ὑποφαινομένης οὐ σφόδρα βιαίως ἀνηγόμεθα, τῆς ἐπιούσης δὲ ἅμα ἠλίῳ ἀνίσχοντι ὃ τε ἄνεμος ἐπεδίδου κτέ.

Quia βιαίως ἀνάγεσθαι, *vehementer in altum evehi* obscure dictum videtur, olim conieci βιαίῳ <πνι = πνεύματι>, coll. § 9 ἀνήχθημεν οὐ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι et Navig. 7 ἀπάραντας οὐ πάνυ βιαίῳ πνεύματι. Fortasse tamen vulgatam satis tuentur verba antecedentia (c. 5) πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην.

9. ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξηρητημένην (sc. τὴν ναῦν) ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἰστίοις ἔφερεν κολπώσας τὴν ὀθόνην. ut sequentis vocabuli glossema exprunxi olim ἄνω.

11. ἰστοῦ ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι. Requirebam et requiro φοροῦσι.

16, 11. ἄνδρες κυνοπρόσωποι ἐπὶ βαλάνων πτερωτῶν μαχόμενοι. Plerumque in tali re Lucianus more attico usurpat praepositionem ἀπό, velut infra V. H. II 37, 11; 38, 3.

19, 18 γενομένης δις ἐκκλησίας τῇ προτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς, τῇ ὑστεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν. Cobet postulabat προτέρᾳ et ὑστέρα.

21, 5. Requirebam et requiro: καὶ ὁ μὲν ἡξίου <με> μείναι τε παρ' αὐτῷ καὶ κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, ὑπισχνούμενος δώσειν πρὸς γάμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα.

Non addito pronomine, contra sententiam ex antecedentibus audiendum foret ἡμᾶς. Cf. Mnem. p. 344.

22, 14. Modo genuina sint verba ὅτι παρ' ἐκείνοις ἀντὶ γαστρὸς κυοφορεῖ, quae interpolatori tribui l. 1., cum Mehlero inserendum est κνήμη. — Ibidem 22 ut glossema expuli verba male abundantia ὀχεύουσι καὶ.

25, 10. τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι. Non est haec Graeca oratio. Correxi γὰρ ἔξαιρετοὺς. Cf. l. 1. 345.

26. κάτοπτρον μέγιστον κείται ὑπὲρ φρέατος οὐ πάνυ βαθέος. Monui expectari ipsum contrarium: καὶ πάνυ βαθέος.

29 extr. μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος. Vix Graece pro μαλακὸν.

30, 10. ὀρώμεν [θηρία καὶ] κήτη πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἐν δὲ μέγιστον ἀπάντων. Recte ita iam Mehler.

34, 21. καὶ ὄρνεα δὲ θηρεύομεν τὰ εἰσπετόμενα, καὶ ζῶντας ἰχθύς ἀγρεύομεν ἐξιόντες εἰς τὰ βραγχία τοῦ θηρίου.

Mirum hercle, si pisces *mortuos* captassent. Proposui (τῶς) εἰσνέοντας Mnem. p. 345, ubi cur in proximis cum tribus libris ἄλυμρά abesse malim indicavi.

II 4, 5. ἀνθρώπους — ἅπαντα ἡμῖν προσεοικότας . . . , πλὴν τῶν ποδῶν μόνον· ταῦτα γὰρ φέλλινα εἶχον. Permire dictum pro τούτους — φελλίνους. Num forte periphrastice L. scripsit πλὴν (τὰ) τῶν ποδῶν? Non minus haereo in sequentibus ἔθαυμάσαμεν οὖν ἰδόντες οὐ βαπτιζομένους (τοὺς Φυλλόποδας), nihil enim minus mirandum; quare conieci: (οὐκ) ἔθαυμάσαμεν. Ceterum recte fortasse alii praetulerunt v. l. ἔθαυμάζομεν.

6, 11. Requiro ἠκούσαμεν ὡς ἢ μὲν νῆσος εἴη (ἢ) τῶν Μακάρων προσαγορευομένη.

10, 2. Lectionem πολυπραγμοσύνης probabam Mn. 346.

12, 2. (vs. 11) εἰσὶ γὰρ ὡσπερ σκιαὶ ὄρθαί, οὐ μέλαιναί. Cur addatur ὄρθαί non optime perspicuens, quaero num forte Lucianus dederit sine interpunctione: εἰσὶ γὰρ ὡσπερ σκιαὶ ὄρᾶν οὐ μέλαιναί.

14, 5. διακονοῦνται δὲ καὶ παραφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι πλὴν γε τοῦ οἰνοχοεῖν·

Variant libri in παραφέρουσιν, διαφέρουσιν, περιφέρουσιν quorum verborum praesertim ultimum est conviviale. Vid. v. e. Conviv. 13 et Dial. Mar. II 2. Nullum vero apte iungi potest cum verbis πλὴν γε τοῦ οἰνοχοεῖν, pro quo saltem τοῦ οἴνου requireretur. Haec causa fuit cur verba καὶ . . . φέρουσιν Luciano abiudicarem Mn. 346.

18, 17. ὀρχεῖσθαι δὲ πολλάκις ὑπὸ μέθης ἀνιστάμενον καὶ παροινεῖν. Suspectum habebam ὑπὸ μέθης in codice D (ap. Frz.) ommissa et incertae sedis in reliquis, itemque vs. 19 ὄρθιον, quod abest a libris AC (ap. Frz.) superscriptum. in F (ap. Nilénum) et facile interpolari potuit ex Hesiodo. Neutrum tamen additum offendit. Mox (p. 181, 2) requirebam ἔλληβορίσειε pro ἔλληβορίση (sive -σει), quod placuit etiam Sommerbrodtio, cui tribuit N., et certum videtur. Cf. Mn. 346 sq.

19. μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν πάντων ὀρώντων καὶ γυναιξὶ καὶ ἄρρεσι. Interpreti tribuo verba πάντων ὀρώντων.

20, 14. ἦν γάρ τις γραφή κατ' αὐτοῦ ἐπενηνεγμένη.
V. l. ἀπενηνεγμένη recte praeferebat Cobet.

22, 13. πάλην μὲν ἐνίκησεν Κάρανος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους
Ἵδουσσέα περὶ τοῦ στεφάνου καταγωνισάμενος.

Deleatur manifestum emblema περὶ τοῦ στεφάνου, quod
fortasse aliquis adscripsit propter capitis finem.

25. p. 187, 1 ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα. In hac optima lectione
nemo haerebit, qui noverit passim apud Lucianum et seniores
verbum ἀγαπᾶν prorsus idem valere quod ἔρᾶν. Vide Nilēni
notulam.

Ibidem καὶ δὴ ποτὲ ὑπ' ἔρωτος καὶ ἀμηχανίας ἐβου-
λεύσατο ὁ Κινύρας ἀρπάσας τὴν Ἑλένην — ἐδόκει δὲ κάκεινη
ταῦτα — οἴχεσθαι ἀπιόντας ἕξ τινα τῶν ἐπικειμένων νήσων

Iensii coniecturam, quam affert editor, ἀρπάσαι, non intel-
lego, nisi forte voluit simul mutare interpunctionem: Ἑλένην.
ἐδόκει δὲ — ταῦτα· οἴχεσθαι κτέ., quod nemini facile persuadebit.
Si haesit in plurali ἀπιόντας, quilibet potius reposuit ἀπιόντα,
quod severior quidem grammatica postulat, nec tamen videtur
necessarium. Constructio est κατὰ σύνεσιν quae vocatur.

Ibidem 11 ὡς δὲ ἐδόκει αὐτοῖς, ἐτέλουν τὴν ἐπιβουλήν.
Huius loci est ἐπιβολήν; *inceptum, propositum*. Nullas enim
Cinyras et Helena parabant *insidias* Menelao (*Plut. et Luc.* p. 86):
— Praeterea vero malim, ut in tali re Graecae dici solet, <καί>
ἐτέλουν.

26, 3. ἔλεγον οἱ σκοποὶ καθορᾶν τὴν ναῦν πολὺ ἀπέ-
χουσαν. Cur probanda videatur v. l. οὐ πολὺ dixi Mnem. p. 347.
Otiosa est editoris coniectura οὐ<πῶ . . .> πολὺ.

28, 7. παρήνεσε δέ, εἰ καὶ ποτε ἀφικοίμην ἐς τήνδε τὴν
γῆν, μήτε πῦρ μαχαίρα σκαλεύειν μήτε θέρμους ἐσθίειν μήτε
παιδὶ ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη πλησιάζειν.

Necessaria est v. l. καί, εἴ ποτε, deinde vero aut legen-
dum παιδὶ ὑπεροκτωκαιδεκέτη, aut post ἔτη inserendum
γεγονότι.

Praeterea praecepta Pythagoraea μήτε πῦρ μαχαίρα σκα-
λεύειν κτέ. faciunt ut suspicer, non Rhadamanthyn fuisse sub-
iectum verbi παρήνεσε, sed ipsum philosophum, quem affuisse
scimus ex cap. 24 extremo, itaque corrigendum esse: παρήνεσε
δὲ καὶ <Πυθαγόρας>, εἴ ποτε κτέ.

33, p. 195, 2. εἰσίωντι δὲ εἰς τὴν πόλιν ἐν δεξιᾷ μὲν ἐστὶ
τὸ Νυκτῶνον. E constanti analogia Noctis templum dici oportet
Νυκτεῖον.

35, 14. λύσας τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκον τὰ γεγραμμένα. Malebam τὰ γ(γ)εγραμμένα.

46, p. 206, 3. Ὑδαμαρδία. λαβοῦσαι δ' οὖν ἡμᾶς αἱ γυναῖκες ἐκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπήγεν καὶ ξένον ἐποιεῖτο.

Iure, ni fallor, postulabam (ἔνα) ἐκάστη, commendans simul v. l. διαλαχοῦσαι, quamvis vulgatam sanam esse posse non negem.

Ibidem p. 201, 1. θαλαττίους γυναῖκες Ὀνοσκελέας προσαγορευομένας. Similiter p. 208, 11 ταῖς Ὀνοσκελίαις. Cum Mehlerō requiro Ὀνοσκελίδας et Ὀνοσκελίσιςιν.

Addenda (ex repetita lectione).

Phalaris I 1, 4. ὦν μὲν οὖν ἔνεκα ἤκομεν, ταυτά ἐστίν· ἃ δέ γε πρὸς ὑμᾶς ἐπέστειλεν ***.

Sic editor, vulgo ταῦτα, quod utpote in uno codice superscriptum, parum certum est. Praestiterit (τάδε), nihil enim praeter pronomen deest sententiae.

3, 27. καίτοι ἀναγκαῖον (δὲν). Participio vix opus, quia audire licet ἀναγκαῖόν ἐστι.

11, 21. ἀλλήκτοις ταῖς ὀδύναις ἐχόμενος. Revoca ἀλλήκτοις, illud enim poetici est sermonis.

Phalaris II 1, 12. Placet hodieque quod olim suasi δικαιοτάτης pro δικαίας. Contra temere ὑμᾶς expunctum esse arbitror c. 2 init.

5, 24. μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας τὸ κεκρίσθαι μὴδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος. Optime ἄξιος haberet, si cohaereret cum Nominativo c. Inf., sed Acc. c. Inf. postulat ἄξιον, ut bene correctum est in cod. H m. 2. Iam olim monui.

Hippias 1, 10. ψᾶλαι. Quidni potius probamus alius codicis lectionem ψῆλαι, formam legitimam, quam nemo facile librarius in sequiorem erat refingendus?

3, 13. ἐν ἧ παιδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν. Imo αὐτοῦ.

6, 4. Expectatur: οἶκος — (ἐν)στηναί τε καὶ ἐγκαθί-ζεσθαι (malim ἐγκαθέζεσθαι) προσηνέστατος καὶ ἐμβραδύναι ἀβλαβέστατος καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος.

8, 4. Recte τὴν delevit E. Schwartz; coniectura editoris τινα duri quid habet propter articulum in sequentibus (τὴν ὀδόν).

Hercules 2 init. τῶν Ἑλλήνων θεῶν. Quantocius revocanda optima omnium librorum lectio Ἑλληνίων. Vid. Stephani Thesaurus ed. Dind. s. v. Ἑλλήγιος.

3, 18. οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὄθεν ἐξάψει ταῖς σείραις τὰς [τῶν δεσμῶν] ἀρχάς. Longe melius intellego Iacobsii coniecturam, ταῖς σείραις esse insiticia. Fortasse etiam praestat: τὰς σείρας [τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχάς], coll. vs. 7 δεσμὰ δέ εἰσιν αἱ σειραί. E. Schwartz fortasse intellegi volebat τῶν σειρῶν τὰς ἀρχάς, sed durissimus est dativus sic usurpatus nec habet colorem graecum. Prorsus incerta est huius loci correctio.

Electr. 1, 7. Nullam video causam cur vocula γάρ deleatur.

2, 17. πότε δὴ pro δέ mea est emendatio.

Musca I 5. Melius intellegam: ἐπτέρωται δὲ οὐ κατὰ ταῦτὰ τοῖς ἄλλοις, ὡν (pro ὡς) τοῖς μὲν <γίγνεται> ἀπανταχόθεν κομᾶν τοῦ σώματος, τοῖς δὲ ὑκυπτέροις χρῆσθαι, ἀλλὰ κτέ.

3, 8. ἐσφιγμένη requiro cum Schwartzio, sed nihil opus τῆ ἐντομῇ inserere post αὐτῇ.

5, 17. ἀνδρίαν. Rectius alii codd. ἀνδρείαν.

8, 14 <αἱ> αἴγες. Nihil opus articulo.

Nigrinus 3, 3. τὴν ἑαυτοῦ γνῶμην διηγεῖσθαι. Aptius videtur ἐξηγεῖσθαι, *exponere* quam διηγεῖσθαι, *narrare*. Saepius verba confunduntur.

9, 1. τῆς σκηνῆς πόρρω ποι κάθηται. Imo που. — 6/7. Verba ὁ ποιητῆς ἴσως temere suspectat editor.

12, 15. οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται κτέ. e Fritzschi coniectura pro ἀνήρ, nec improbo, quamquam memoria dignum est apud Platonem, qui saepius hac formula utitur, similiter in ea constanter codices exhibere spiritum lenem.

19, 5. Malim ἄλλ' ἀτεχνῶς δεῖ τὸν Ὀδυσσεῖα μιμησάμενον παραπλεῖν αὐτά, μὴ <δὲ> δεδεμένον τῷ χεῖρε κτέ.

28, 2. ἓνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδον, ὃς [καὶ] γευσάμενος τῶν παρ' ἐκείνοις κακῶν, — ὡς αὐτὸν ἀφίκετο. Vix genuinum est alterum καί.

31, 73. Verba τραγωδίαις τε καὶ merito suspecta E. Schwartzio et ipse quondam notavi, sed ubi, non memini.

Demonax 34, 24. διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους. Quia non antecedit de mysteriis mentio, dura est hic omissio verborum τῶν Ἐλευσινίων aut similium; quamvis eam duritiam mitiget vox πρόρρησις.

42, 7. λουόμενος pro λούμενος non ipsius Luciani, sed liberiorum est error.

66, 4. Non ὀδμή, sed ὀσμὴ vera lectio videtur. Cf. v. l. et V. H. II 5, 7.

De oeco 1, 3. Malim κἀννήξασθαι ἡδὺν pro καὶ νήξασθαι.

6, 7. τὸ τῶν φωταγωγῶν ἐλεύθερον. Ingeniose E. Schwartz εἴληθεροῦν *apricum*, at quomodo id convenit sequentibus καὶ πρὸς ὥραν ἐκάστην εὖ ἔχον? *Apricatio* enim hieme iucunda, molesta aestate.

6, 17. συνδέουσα] συνδούσα?

7, 1. [οἰκία]. *Facio cum editore certam hanc emendationem esse neganti. Est enim ea vox h. l. tam egregie absurda, ut nemo facile eam de suo esset adscripturus. Nec tamen conici potest ἡ δέ γε σῶφρων, οἶμαι, χρυσῷ μὲν κτέ., nisi deleto eodem verbo vs. 3.*

17, 4. αἶδρει φωτί cum v. l. αἶδρι. *Corrigendum αἶδρι.*

17, 10. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον εἶν αὐτὸν κτέ. Malim παντὸς ἔλαττον, *quovis deterius.* Ἐλαττον Hellenistice = ἦττον.

20, 25. τουτέων *pseudionice* pro τούτων. *Illud enim femini est generis.*

26, 17. κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον ἄνω τῆς ἀντίθυρος Ἰθηνᾶς ναὸς πεποιῆται. E. Schwartzii coniectura ἀνεωγῶς ἀντὶ θύρας peccat contra sermonem Graecum, qui postularet ἀντὶ τοῦ κεκλεισθαι. *Suspicio legendum esse τις ἀμφίθυρος Verba ἢ θεὸς λίθου λευκοῦ κτέ. non spectant Deae simulacrum aliquod templo inclusum, sed ipsam Deam Perseum scuto tegentem (c. 25, 14), et verba κατὰ — πεποιῆται faciunt parenthesis.*

Verae historiae I 11, 10. οἱ δὲ Ἰππόγυποι οὗτοί εἰσιν ἄνδρες ἐπὶ γυπῶν [μεγάλων] ὀχούμενοι καὶ καθάπερ ἵπποις τοῖς ὀρνέοις χρώμενοι· μεγάλοι γὰρ οἱ γυπες καὶ ὡς ἐπίπαν τρικέφαλοι. *Non dubitavi expellere ineptum emblemata.*

11, 14. νεῦς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἰστοῦ ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι. *Graecitas postulat φοροῦσι.*

20, 22. Malim ὄπλα δὲ μη(κέτι) ἐπιφέρειν τοῖς Ἡλιώταις, ut antecedit vs. 19 καὶ μη(κέτι) ἐς τὴν σελήνην ἐσβάλλειν, sed nequaquam *probabiliter*, ut editori videtur, E. Schwartz post illa verba supplet τοὺς Σεληνίτας μηδὲ τοῖς Σεληνίταις τοὺς Ἡλιώτας. Nam verba συμμαχεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων de Solis et Lunae incolis ultro intellegitur, et quidquid ante ea inseritur male abundat.

28, 19. ἐν ἀριστερᾷ παρήειμεν τὸν ἥλιον, ἐν χρῷ τὴν γῆν παραπλέοντες. *Verba τὴν γῆν abesse malim.*

Π 5, 15. ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κινουμένων τερπνὰ καὶ συνεχῆ μέλη ἀπεσυρίζετο, εἰκότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν πλαγίων αὐλῶν.

Non magis hodie quam olim intellego, quid volens scriptor in deserto addiderit, neque igitur me paenitet veteris coniecturae ἔρασμίοις, *amoenis*.

20, 7. Ὅμηρῳ τῷ ποιητῇ. Cf. 28, 14. Ὅμηρον τὸν ποιητῆν. Utrobique mireris non mero nomine proprio contentum fuisse scriptorem.

30, 13. ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις (νήσοις) οὐ προσέσχομεν, ἥς δὲ ἐπέβημεν, τοιάδε ἦν. Fortasse recte editor haec verba integra esse negat in adn. critica. Simplicissima et lenissima corrigendi ratio fuerit: ἡ δὲ <ε>, ἥς ἐπέβημεν, τοιάδε ἦν, i. e. ἡ δὲ πέμπτη.

40, 3. ἐπέπλεεν. Recipienda fuerat vel potius revocanda quattuor librorum lectio ἐπέπλει.

45, 4. αὐτοὶ γὰρ καὶ ναῦται καὶ νῆες ἦσαν.

Nescio an praestet αὐτοὶ (= οἱ αὐτοὶ), i. e. ἅμα.

Traiecti ad Rh.

H. van Herwerden.